BIBLIOTHÈQUE VICTOR COUSIN
MANUSCRITS
4

COLLECTION

D'AUTOGRAPHES

DE

VICTOR COUSIN

—

IV

—

PHILOSOPHES

1622 - 1806

BIBL. VICTOR COUSIN
Manuscrits 4
N° ancien

~~Vir Cel~~eberrime ~~Amice Honoratissime~~

Leibnitius Wolfio 27 Sept 1712

Anglorum opinio de sacra coena dominica Protestantium Germanorum

Diu est quod nihil à Te vidi: non dubito tamen quin valeas, et rem bene geras. Novissimas meas tibi redditas non dubito, in quibus rationem reddideram, cur in iis quas attuleras seriebus infinitis non potuerit dici quod dictum est circa seriem 1−1+1−1 etc.

Nunc ecce hoc scribendi ansam arripuleram. Transiit nuper has Dr. Ulsberger ex Würtenbergica ditione vir doctus, ex Anglia veniens, qui secum adducebat adolescentem Anglum studiis ad vos operam daturum. Ipse vero eo Halis relicto in patriam Sueviam abiturus est. porro narravit mihi multos in Anglia, non bene edoctos sententiam Evangelicorum

bene

Augustanae confessionis, sibi persuadere, nos in sacra coena quandam impanationem, inclusionem et consubstantiationem credere, atque ideo in nostros invehi tanquam pontificiis accedentes. At autorem diarii Anglici cui titulus, Memoirs of literature, lecto meo Theodicaeae libro, inde excitasse quae dixeram contra eane imputationem; et ipsum Dr. Ulsbergerum non paucos de nostris male sentientes, eo remisisse. Cum igitur è re sit magis magisque ~~huic~~ hisce scriptis de nostris opinionibus ... iri ... Dr. Ulsbergerum vix adeo ad vos adventurum adeas,

magisque

rogo Te, vir Eximie, ut Dr. Ulsbergerum humanissime à me salutes, petasque ut mihi ~~literas~~ Epistolam scribere velit, quam possim Hanoverae ostendere, in qua referat, quos multi vulgo in Anglia de nostris sentiant, et quod ex mea Theodicaea autor Diarii (Memoirs of Literature) contrarium addiscerit et ~~...~~ multi à se ad hoc sint remissi; et quam utile ac pene necessarium videatur ~~...~~ ut Anglis hic error eximatur. Quod si addere vellet ~~posset~~ Dr. Ulsbergerus illam Diarii Anglici schedam, quos eas de re agit maxime, facile obstringeret, possemque mox remissurus cum actione gratiarum. Facile credo apud vos scies an Dr. Ulsbergerus ad vos advenerit, et in quibus aedibus degat. Sunt enim apud vos alii Angli, qui hoc resciverint. Quod superest vale et fave. Dabam ~~Ha~~ Guelfebyti ~~27~~ ~~Sept. 1712~~

Deditissimus

G. G. Leibnitius

Litterae Leibnitii ad W.
et Wolfii ad Leibnitium
1707. 1708. 1709.
1710. 1711. 1712.

1712

10

A Monsieur

Monsieur Wolfius
professeur en Mathematiques
à
Halle en Saxe

franco Brunsvic

2

BIBLIOTHÈQUE
de
Mr COUSIN